



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

7 Reservata sunt beneficia vacantia per resignationem in curia admissam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

tit. pend. Brl. in l. rescripta. n. 8. C. de preo. der reserv. benef. q. 28. num. 111. Est enim
imp. off. & Gomel. in pœm. Reg. Canc.
vers. comboderata etiam num. 7. & licet, 8
tam de jure communi, † quam vigore
privilegiorum, & iudiciorum Episcopis,
& aliis sic etiam concessa facultas benefi-
cia conferendi, tamen Papa concurrit
cum quolibet Ordinario, & quoque
privilegiato collatore, ita quod collatio-

† Papæ in mensibus aliis collatoribus,
concessis in concursu eadem die facta,
collationibus aliorum præferatur. c. du-
dum. §. nos igitur. cap. si à Sede de præben.
in 6. & Staphil. de grat. expect. in prin. n.
4. 8. ut autem provideretur † viris littera-
tis, & virtute præstantibus, quibus Ec-
clesia plurimum indiget, & mundus il-
lustratur. c. cum ex eod. de elect. in 6. &
auth. habita. C. ne fil- propat. neve ordi-
narii † suis consanguineis, amicis, aut
familiaribus duntaxat beneficia conser-
rent, fuerunt inventæ reservationes A-
postolica auctoritate factæ; de quibus
post scripta super facultate beneficia
conferendi, quænam cadant sub reser-
vationibus, opportune est videndum, &
sunt ultra generalem facultatem confe-
ndi Papæ expresse reservatae:

Primò omnes † cathedrales, digni-
tates, canonicatus, præbendæ, cætera-
que beneficia ecclesiastica, cum cura, &
sine cura, secularia, & regularia quæcun-
que, & qualiacunque fuerint apud Sedem
Apostolicam quoque modo vacan-
tia, & vacatura. cap. 2. de præb. in 6.
cap. ad regimen. in extravag. com. de præb.
Cassad. decif. 23. num. 8. eod. tit. & L. p.
alleg. 84. num. 1. & in specie † quod be-
neficia per resignationem in curia facta
sunt reservata per d. cap. 2. tenet Simonet.

reservatio major omnium aliarum reser-
vationum, † quia per speciale, aut ge-
neralem facultatem conferendi benefi-
cia reservata nunquam veniunt beneficia
vacantia apud Sedem Apostolicam. Rot.
decif. 3. num. 4. de off. leg. decif. 4. de
præb. in nov. & Simonet. in tract. de re-
serv. benefic. quest. 82. num. 2.

Secundò omnes ecclesiæ † Patriar-
chales, Primatales, Archiepiscopales,
Episcopales, omniaque monasteria vi-
rorum valorem ducentorum ducatorum
auri communis estimatione excedentes
ac dignitates, & beneficia omnia † ad
collationem, præsentationem, electionem,
& quamcumque aliâ dispositionem di-
orum Patriarcharum, Primatum, Archie-
piscoporum, Episcoporum, Abbatum,
& aliorum quorumcunque collatorum,
& collaticum secularium, & regularium
in solidum quomodolibet pertinencia,
quæ pot illorum obitum, aut dictarum
ecclesiæ suarum dimissionem, seu
amissionem, vel privationem usque
ad promotionem successorum ad easdem
ecclesiæ Apostolica auctoritate facien-
dam, & adeptam pacificam illorum
possessionem vacantia, & vacatura; ut
in Regul. Cancell. Clementi pape XIII. Re-
gul. 2.

Tertiò sunt reservata † beneficia va-
cantia per obitum S. R. E. Cardinalium,
ac officialium dictæ Sedis, videlicet,
Camerarii, Vicecancellarii, Peniten-
tiarii, notariorum litterarum contradic-
torum, & Pal. Apost. causarum auditio-
rum breviatorum, lit. Apost. scriptorum, ac
comensalium, & aliorum quorūcunq; ca-
pellanorū ejusdēSedis, necnon Legatorū

Hh

Nun-